Jac. Bonnus.


Nepenthes

Mag. Johanni Lagoni Ripensi

factum.

Witeb., 1594.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 418 2°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 418 2°


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 418 2°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 418 2°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 418 2°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 418 2°

44. – 234

Box

LN 418

M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 418 2°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 418 2°

NEPENTEHS

CLARISSIMO VIRO, REVEREN-DA DIGNITATE, MVLTIPLICI ERVDITIONE, PRVDENTIA ATQVE AVTORITATE PRÆSTANTI

Dn. Magiſtro Johanni Lagonio Ripenſi, Epiſcopo & Canonico apud eoſdem honoratiſſimo factum

A

Iacobo Bonno Ripenſi Dano.

OMnia quæ cœli facies reuolubilis ambit
Amplexu, vario turbine quaſſa ruunt.
Aurea lanificæ non Regum Regna ſorores,
Non gemmas curant, nec diadema Ducum
Sed caſulas Iri congeſtas ceſpite pulſant
Ac æquo Crœſi celſa theatra pede.
Nil iuuat aduerſus Lacheſin triplicata corona
Pontificis, Craſſi fulua metalla nihil.
Non virtus Arabum (dictu mirabile) thure
Purior, & pietas Iaſpide tuta manet.
Non valet hic acies, linguæ facundia nil hîc,
Quid valet hic probitas, gloria, quidue fides?
Caucaſij Parcæ vos rupibus arbitror ortas,
Nam pietas, virtus, vos neq; vota mouent,
Quæ vos exagitat Parcæ dementia, quis te
Cœpit Clotho furor, quas coquis ore minas?
Atrope Pieridum non fidis fida miniſtris
Stamina cur torques pernicioſa colo?
En iacet Antiſtes bibulâ tumulatus arenâ
Lagonides, noſtri rara corona chori.
Nunc cytharam Phœbus depromens, duplicat hei hei,
Iubila nunc nobis omnia adempta ſilent.
Sed tanti lachrymoſa viri poſt fata reſurgunt
Quæ tibi virtutum fulmina, ſplendor, honos?
Vt merita es ſurgunt tibi nil quam ſcommata verum
Extincti niueis fama triumphat equis
Dedala veſtitu ſtans Pallas onuſta lugubri
Circa rogum, tales fundit ab ore ſonos.

Ah mala mâla malo mundo infers omnia, mali
Ah mors ex morſu ſanguinolenta venis.
Colloquio Antiſtes noſtro ſublatus, in vrna
Hac placidè multo clarus honore, cubat.
Vt procera comis arbos viduata, procellis
Ac Cauri rapido turbine fracta, cadit,
Attamen illa ſuis altè radicibus hæret
Turbati rabiem deſpicit atq; Noti:
Sic immota tui cordis conſtantia, ſacro
IANE ſacros Domini rore rigauit agros
Nunc æquata tuæ virtutis lumina cœlo
Poſt cineres, nullo fracta labore, nitent,
Nunc nitor ingenij ſplendens ceu gemma pyropus
Magnorum latè peruola[illegible]
Nunc pietatis amor ſtimulos in corde piorum
Fœcundos linquens condit in aſtra caput,
Nam velut apparet circundata purior auro
Quam cæco plumbi carcere gemma paros:
Sic purâ pietas reſidens in pectoris aulâ
Lumine, templa poli lucidiora facit.
Commiſſo, paucis complectar vt ardua, ſemper
Præluxti verâ vir pietate gregi.
Confirmare fuit pectus tibi, laudis alumnos,
Vellere & errorum mentis ab arce notas,
Ergo tuæ exhauſtos poſt Spartæ mille labores
Te cœli integritas fecit adire lares.
Hîc reparata tibi requies, hîc gaudia, nullus
In paradiſiacis te labor vrget agris,
Adde quod exuuijs rurſus circundatus, omni
Clarior euades Solis honore, vale
Mox reor Eliſijs iterum iungemur in hortis
Quando aderit iudex dicere iura DEVS.

VVITEBERGÆ,
Ex Officina Cratoniana, Anno M. D. XCIIII.

226

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 418 2°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 418 2°